



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 83. Calvinistæ hac Regis denuntatione turbati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI** „ciscus Barbansonus Canius, Jacobus  
**A.C. 1567.** „Bucardus, Bajancurius Buchaccia-  
 „nus, Antonius Dallius Piquinius, Ja-  
 „cobus Broliardus Lisius, Gabriel  
 „Mongomerius Comes, Joannes Fer-  
 „rerius Carnutum Vice-Dominus, hinc  
 „Rex uni ex fezialibus suis mandavit,  
 „ut cunctis imperet, quando sine iusatu-  
 „suo in armis convenerint, cujuscun-  
 „que dignitatis, ac conditionis sint, ut  
 „se statim positis armis coram Rege  
 „sificant, eique obedientiam tanquam  
 „legitimo Principi suo, & a Deo supra  
 „ipfos constituto, quam juxta Dei præ-  
 „ceptum debent, omnino præsent:—  
 „sin minus, suomet & agendi modote-  
 „statum reddunt, atque exemplo suo  
 „declarant, quod conventus insolent-  
 „tes, sumptaque arma magno populi  
 „incommodo, sed majore Majestatis, ac  
 „dignitatis detimento, approbent: cum  
 „autem ejusmodi ausus manifestam se-  
 „ditionem prodant, hinc Rex post hanc  
 „eorum declarationem cum illis pro-  
 „criminis modo, ac gravitate decer-  
 „nere cogitur...”

§. LXXXIII.

*Calvinistæ hac Regis denuntiatione  
 turbati.*

*Ia Pop.* Postquam hæc denuntiatio Regis no-  
*Thuan. l. c.* mine ad præcipuos rebellium Duces  
 in

in sancti Dionysii oppido congregatos Sæcul. XVI.  
fuerat delata, hi inde haud parum tur- A.C. 1567.  
babantur, major tamen pars eorum po-  
stulata nonnihil moderanda censuit, ac  
suisit, ut duntaxat plena profitendæ  
religionis, ac conscientiarum libertas  
passim nullo locorum, aut personarum  
discrimine facto peteretur, sublatis e-  
tiam novorum edictorum interpretatio-  
nibus, aliisque, quæ a Franciæ Curiis  
fuere addita. Placuit ceteris hoc con-  
silium, quod ad excusandam rebellio-  
nem suam sat opportunum credebant,  
quamvis nulla omnino excoxitari posset  
ratio, quæ unquam tantam perfidiam  
reddere legitimam valeret; ut vero suam  
agendi rationem magis adhuc quodam  
æQUITATIS fuco honestarent, scriptum  
divulgabant, in quo palam profiteri au-  
debant, quod cuncta bono animo fecis-  
sent, nec ex eo fine, ut quidquam au-  
toritari Regiæ, cui obsequi se semper  
paratos, ac nunc denuo profitebantur,  
detraherent, aut eam privata licen-  
tia invaderent, sed ut Regem pro fide,  
quam ei debent, sincere monerent, &  
humillime obsecrarent, quatenus be-  
nignitatis ingenitæ lumina aliquando  
in miseram, atque innocuam plebem  
exterorum avaritia, ac violentia op-  
pressam conjiceret, ac publicæ calamiti-  
tati pro prudentia sua prospiceret, hinc

K 2

a se

**Sæenl. XVI** a se orari, atque humiliter interpellari  
**A.C. 1567.** Regem ajebant, ut officium à bona,  
 ac propensa voluntate profectum in bo-  
 nam partem interpretetur, nec falsis  
 inimicorum criminationibus exacerba-  
 tus, quidquam inclementius propterea  
 de iis cogitet, aut statuat.

### §. LXXXIV.

*Actum de colloquio Capellæ inter ut-  
 ramque partem habendo.*

**Thuan. l. 42.** **num. 3.** Altero hoc libello ad Regem adlati-  
 magna animorum in aula mutatio  
 secula est, ac revocatis ad Religionis  
 caussam postulatis, rem ad concordiam  
 reduci posse prudentissimi quique spe-  
 rabant: attamen Regina adulacionibus  
 Cardinalis Lotaringii corrupta ab ini-  
 tio paci obserbatur, cumque aliunde  
 Guiſii Ducis obitu hujus familiæ po-  
 tentiam labefactatam cerneret, ac  
 Montmorantios, & Colinios, quamdui  
 pax vigeret, semper invicem conjunctos  
 fore probe cognosceret, hinc ad dissen-  
 sionem inter eos semiñandam, eorum-  
 que auctoritatem infringendam nullum  
 aliud medium magis securum, quam  
 ipsum bellum fore arbitrabatur: his  
 igitur rationibus permota ad arma con-  
 volandum decernebat, prævaluuit ta-  
 men in Senatu auctoritas Montmorantii  
 Connestabilis ad pacem propensi, imo  
 ad